 mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem uobis, quia
 uado uobis parare locū, & si abiero & p̄parauero uobis lo-
 cum, iterū ueniam & accipiā uos ad meipsum, ut ubi ego
 sum & uos sitis. Locus & māsiones quas p̄parare se dicit
 Christus a postolis, in domo utiq; sunt patris, id est ī regno
 cœloz, nō in terra in qua p̄sēns apostolos relinquebat.

- A** Simulq; sensus scripturæ intuendus, dicerē inquit uobis, quoad uado & p̄parabo uobis locū, si nō mānsiones multæ essent apud patrē, hoc est, si nō unusquisq; mansiōnem sibi nō ex largitate dei, sed ex p̄priis operibus p̄pararet. Et ideo non est meū parare, sed uestrū, quia & Iudæ nihil p̄sunt paratus locus, quē suo uitio perdidit, iuxta quē sensum & illud intelligendū, quod ad filios dicit Zebedei, quoq; alter a sinistris, alter cupiebat sedere a dextris, Calicē quidē meū bibetis, sedere autē a dextris meis siue a sinistris nō est meū dare uobis, sed quibus paratū est a patre meo. Nō est filii dare, & quomodo patris est p̄parare? Paratæ inquit sunt in cælo diuersæ & plurimæ mānsiones, plurimis diuersisq; uirtutibus, quas nō personæ accipiunt, sed opera. Frustra ergo me petitis quod in uobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis uirtutibus ad tantā ascēsurū sunt dignitatem. Porro quod ait iterū ueniā, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum & uos sitis, p̄prie ad apostolos loquitur, de quibus in alio loco scriptū est, ut quomodo ego & tu pater unū sumus, sic & illi in nobis unū sint, qui crederūt qui perfecti sunt, qui possunt dicere, pars mea dñs.
- C** Si autem non sunt plurimæ mānsiones, quomodo & in ueteri testamēto & in nouo alium pontifex tenet, alium sacerdotes, alium leuitæ, alium ianitores, alium adiutur. Et in limine Ezechielis, ubi futuræ ecclesiæ & cœlestis Hierusalem ordo describitur, sacerdotes qui peccauerant, regradantur in ædituos & in hostiarios, & cum sint in templo dei, hoc est a dextris, non sunt inter arietes, sed inter minimas oues. In fluuio quoq; illo qui de templo egreditur, & irrigat falsum mare, & uniuersa uiuificat, multæ species piscium describuntur. Quare in regno cœlorum

mat. 20

Jo. 14

Jo. 10.

Ib. 72.

eze. 47

C. Iudæo

LIBER

archāgeli sunt, angeli, throni, dñationes, potestates, cheru
bin & seraphin, & omne nomē quod nominat nō solum in
præsenti seculo, sed etiā in futuro. Sine causa diuersitas no-
minum est, ubi nō est diuersitas meritoꝝ. Archāgelus utiqꝫ
alioꝝ minoꝝ angeloꝝ archāgelus est, & potestates, & dñā-
tiones habēt alia sup q̄ exercēt potestatē, & in quæ subie-
cta dominant. Hoc in cœlis est, hoc in mysterio dei, ne nos
solito more irrideas atqꝫ subsannes si imperatorē posueri-
mus, & p̄fectos eius, & cōites, & tribunos, & cēturiones, &
manipulos, & reliquū militiae ordinē. Cap. XVI.



Llud aut̄ quod ait. Nescitis quia corpora uestra tē-
plum est spūssancti, ualde friuolū est, cū scriptura
diuina soleat & unū pluraliter, & plura singulari-
ter appellare, & tamē sciat in tēplo quoqꝫ ipso multas esse
māfinculas, esse exterius atriū, esse interius uestibula, esse
sanctū, esse sancta sanctorū, sunt & culinæ in tēplo, sunt & cel-
lariola, sunt & torcularia, & uasoꝝ receptacula. Ita & in tē-
plo corporis nostri, diuersa sunt merita. Nō æque deus oēs
inhabitat, nec ad eandē mensurā oībus infundit, de spiritu
Moyfi auferē, & septuaginta p̄sbyteris datur. Puto aliā esse
abundantiā fluminis, aliā riuloꝝ. Helix spiritus, Helisæo
duplex dat, unde & duplex gr̄a fecit signa maiora. Ille uni-
us mortuū, iste mortuus mortuū suscitauit, ille famē imp-
catus est populo, iste obsessæ ciuitati sub una die hostiles
copias p̄buit, licet hoc qd̄ ait. Nescitis quia corpora uestra
templū est spūssancti, de cuncta credentiū dicat ecclesia, qui
pariter cōgregati, unū Christi corpus efficiūt. Hic iam que-
ritur in corpore, qui pedibus Christi dignus sit, qui capite,
qui oculus eius sit, qui manus. Qd̄ & duæ mulieres in euā-
gelio, p̄cānitēs & sancta significāt, quæ altera pedes, altera

E
1. cor. 6
2. 2. cor
6.

F
4. re. 20
1. cor. 6

mat. 27

Proprio loco

Stromely

71

1. cor. 6

mat. 27

*De hoc u. 28
opbi flominis
et uilo po
p̄cturū qd̄
2. p̄cturū qd̄
q̄cturū qd̄*

Stromely

71

1. cor. 6

mat. 27

- A** caput tenet. Tametsi nōnulli aestimāt unā esse, & quæ primum cœpit a pedibus eam gradatim ad uerticē puenisse.
- Jo. 17** Sed & illud quod obiecit, nō pro his rogo tm̄, sed pro illis qui credituri sunt per uerbū eorū in me, ut sicut ego pater in te, & tu in me unū sumus, ita oēs unū sint in nobis, & q̄ oīs populus Christianus unum sit in deo q̄si filii charissimī diuinæ p̄sortes naturæ, iam supra diximus, & nunc plenius inculcandū est, nō nos scdm naturā, sed sm gratiā unū esse in patre, & filio. Neq̄ em̄ eiusdē substātiæ est, quod Manichæi solēt dicere, anima hūana & deus. Sed dilexisti inquit eos sicut & me dilexisti. Vides ergo q̄ in p̄sortiū substātiæ eius assumimur nō naturæ esse sed gratiæ, & ideo nos diligit, quia filiū dilexit pater, & mēbra diligunt. s. a corpore.
- Jo. 1.** Quotquot em̄ receperūt Christū dedit eis potestātē filios dei fieri, qui credūt in noīe eius qui nō ex sanguinib⁹, neq̄ ex uolūtate carnis, neq̄ ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Verbum caro factū est, ut nos de carne trāsiremus in uerbū, nec uerbū desit esse qđ fuerat, nec hō perdidit esse quod natus est. Gloria aucta est, nō mutata natura. Vis scire quomō cū Christo unū corpus efficiamur? doceat te ipse qui cōdidit. Qui comedit carnē meā, & bibit sanguinē meū hic in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuēs pater, & ego uiuo p̄pter patrē, & qui comedit me uiuet propter me. Iste est panis qui de cœlo descēdit. Sed & Ioannes euāgelista qui de pectore Christi hauserat sapientiā, in eadem uerba p̄cordat dicēs. In hoc intelligimus q̄ in eo manemus & ipse in nobis, qm̄ de spū suo dedit nobis. Si quis cōfessus fuerit qm̄ Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo est. Si credis in Christo, quō & apostoli crediderūt, unū cū eis in Christo corpus efficieris. Si autē temerariū est fidem

eorum tibi & opera uedicare, qui fide eandem & opera non ha- **D**
 bes, eundem locum habere non poteris? Porro quod iactitas spou-
 sam, sororem, matrem, & omnia haec uocabula unius esse ecclesiae,
 cunctosque credentes his nominibus significari, contra te facit. Si enim
 unus ordo ecclesiae est, & non habet plurima membra in uno
 corpore, quid necesse est ut sponsa soror uocetur & mater?
 nisi aliorum sponsa, aliorum soror, aliorum mater sit. Stat quidem oes
 ad dexteram, sed alius stat ut sponsus, alius ut frater, alius ut **E**
 filius. Filioli inquit mei quos iterum parturio donec Christus **Sal. 4.**
 formetur in uobis, putasne eiusdem esse meriti eos qui partu-
 riunt, & qui parturit. Unde & stulte asserere uoluisti, omnia
 membra aequaliter nos diligere, nec oculum proponere digito, nec
 manum auriculae, sed in singulorum amissione membrorum, dolore
 esse commune. Cum apostolus doceat ad corinthios alia membra esse **1 cor. 12**
 honestiora, alia uerecundiora, & quam uerecundiora sunt, maiore
 honestate circudari, quam uero per se honesta, nostra non indigere
 sollicitudine. Eiusdem ne ordinis arbitraris & meriti os & al-
 uum, oculos & meatus, per quos ^{foras} finis egeritur & urinat?
 Lucerna inquit corporis tui est oculus tuus. Si oculus caecus **mat. 6.**
 fuerit, totum corpus in tenebris est. Si digitum amputes, si sum-
 mitatem auriculae, est quidem dolor, sed non tamen damnus, nec ta- **F**
 ta cum dolore deformitas, quanta si oculos eruas, trances na-
 res, os disseces, Sine aliis membris uiuere possumus, sine aliis
 omnino non possumus. Sunt peccata leuia, sunt graua. Aliud **mat. 12**
 est decem milia talenta debere, aliud quadrantem. Et de ocioso
 quidem uerbo & adulterio rei tenebimur, sed non est idem sus-
 fundi & torquenti, & erubescere & longo tempore cruciari. Putas
 nostrum esse quod loquimur? Audi apostolum Ioannem. Qui scit **1. 30. 5**
 fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, perat & dabit ei
 uitam peccati non ad mortem. Qui uero peccauerit ad mortem,

A quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur impetremus ueniam. Si pro maioribus difficilis impetratio sit, & inter peccata & peccata magnam esse distantiam? Unde & de populo israel, quia peccauerat peccatum ad mortem, **Die. 7.** dicitur ad Hieremiam. Noli orare pro populo hoc, ne assumas pro eis deprecationem & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes aequaliter & introimus saeculum, & eximus de saeculo & hoc praedictum futuro est, ergo aequaliter & iusti & peccatores habebimur apud deum, quia nunc pari modo & generamur & morimur. Quod si duos contendis esse Adam, **B** rum terrenum, alterum caelestem, & qui in terreno fuerint, eos esse ad sinistram, qui uero in caelesti, eos esse a dextris. Rursum de mihi interim, ut de duobus fratribus interrogem: Esau in terreno fuit, an in caelesti? Nulli dubium est quin in terreno esse fuisse respondeas. ^{ponit} Jacob in quo fuit? Dices pertinens in caelesti. Et quomodo in caelesti fuit? cum adhuc Christus non uenisset in carne, qui secundus & caelestis Adam dicitur? Aut igitur omnes ante incarnationem Christi in ueteri reputabis Adam? & iusti quoque in terreno homines, & ad sinistram erunt inter hircos tuos. Aut si impius est tibi Isaac ponere, ubi Ismael, ibi Jacob, ubi Esau, ibi sanctos, ubi peccatores, nouissimus Adam ex eo tempore numerabitur quo Christus est natus ex uirgine. Et argumentum duorum Adam non proficiet ouibus & haedis tuis, quia in primo Adam & oues & haedos quincimus fuisse, & in uno atque eodem homine, alios a dextris dei stetit, alios a sinistris. Ab Adam enim usque ad Moysen mors super omnes data est, etiam super eos qui non peccauerunt in similitudinem peruersionis Adam. **Cap. XVII.**



C E eo autem quod niteris approbare peritium & homicidium, racha & adulterium, & ociosum sermonem, & impietatem, non supplicio repensari, iam & supra

tibi respōsum est, & nūc breuiter rēdebo. Aut p̄tōrem te D
 negabis, ut nō sis reus gehēne, aut si peccator fueris, etiam Sap. 1.
 de leui crimine duceris ad tartarū. Os inquit qđ mentitur, occidit aīam. Suspicor te aliqñ ut hoīem fuisse mentitū, oīs
 enim homo mēdax, ut sit solus deus uerax, & iustificet in
 sermonib⁹ suis, & uincat cū iudicauerit. Aut igit homo nō
 eris, ne mēdax sis, aut si quia homo es, mēdax fueris, cū par
 ricidis & adulteris punieris, nulla est em̄ iter peccata diuer
 sitas, & non tibi habebunt tātās gratias, quos de humili in
 sublime eleuas, quantū irascens, quos p̄pter leue quotidi
 anumq; peccatū in exteriores tenebras retrusisti. Si aut in
 persecutiōe, qui suffocatur & qui decollat, & qui fugerit, & E
 qui in carcerē retrusus obierit, in uariis luctā generib⁹ una
 corona uictoriā est, & hoc pro nobis facit. In martyre enim
 uolūtas, ex qua ipsa mors nascit, coronatur. Meū est oppo
 nere me gentiliū furori, & dñm nō negare. Iam in illoꝝ ar
 bitrio est, aut decollare, aut urere, aut recludere in carcere,
 aut uaria adhibere genera p̄nāꝝ, quod si fugero, & in so
 litudinē abiero, eadē erit corona moriētis, quia eadē & cau
 sa mortis est Christus. Ad illud uero quod dicis, inter eum
 fratrē qui semper cū patre fuerit, & qui postea p̄nitēs est
 receptus, nihil penitus discrepare. Adicio si uis, & drachmā
 unā, quā perdita fuerat, & inuentā, iunctā esse cū reliquis,
 & ouem unā quā nonagintanouē ouibus derelictis, bonus
 pastor inquisiuit, & retulit, expleſſe numerū centenarium.
 Sed aliud est p̄nitentē esse, & lachrymis ueniā depræcari,
 aliud semper esse cū patre. Vnde per Ezechielē ad reportā
 dam ouem & perditū quondā filiū, loquit̄ pastor & pater.
 Et suscitabo pactū meū tecū, & scies quia ego dñs, & recor
 daberis, & p̄funderis, ut nō sit tibi ultra aperire os prā cō

Tr
 Inquit om̄i
 datus coronat
 in uenit facit
 sem

21.15

F

Ibtoe.

Eze. 16

- A** fusione tua, cū placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, ut nihil minus iusto habeāt pœnitentes, sufficit eis pro omni pœna sola p̄fusio. Vnde & in alio loco dicit̄ ad eos, & recordabimini uiarū uestrarū pessimarū, & oīum scelerū quibus polluti eratis, & displicebit uobis in p̄spectu uestro in oībus maliciis uestris, quas fecistis, & scietis quia ego dñs, cū benefecero uobis p̄pter nomē meū, & nō s̄m uias uestras malas, neq; s̄m scelera uestra pessima. Arguit̄ quoq; a patre filius, q̄ saluti fratris inuideat, & cū angeli letent̄ in cœlo, ille liuore cruciet̄. Quanq̄ duorū fratrū similitudo frugi &
- B** luxuriosi, nō ad merita totius generis humani, sed uel ad iudæi pertineāt Christianiq; p̄sonas, uel ad sanctarū & pœnitentiū. Super qua parabola libellū quondā Damaso ep̄o dum adhuc uiueret dedicaui. Porro si operariis primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ, unus denarius reddi, & ab eis incipit p̄m̄ium, qui nouissimi in uinea laborauerūt, & hic nō unius t̄pis & unius ætatis hoīes describunt̄, sed ab exordio mūdi usq; ad finem uocationū sacramenta sunt diuersarū. Prima hora uocatus est Abel & Seth, Tertia Enoch & Noe. Sexta, Abraam Isaac & Iacob. Nona, Moyses & p̄phetæ. Vndecima gentiliū populus. Cui primo reddi merces, quia in crucifixū credēs dñm, difficultate fidei, magnitudinē meruit p̄m̄iorū. Multiq; reges & p̄phetæ quæsierūt uidere q̄ uidemus, & nō uiderūt. Vnus aut̄ denarius, nō unū est p̄m̄iū, sed una uita & una de gehenna liberatio. Cæterū quō ad indulgentiā principalē diuersorū criminū rei dimittant̄ de carcere, & unusquisq; pro labore uel operibus suis in hoc uel in illo statu uitæ est, ita & denarius q̄si indulgētia ueri principis, oēs per baptismū emittit de carcere, iam nostri laboris est pro diuersitate uirtutū

Eze. 20

Lu. 15.

Mat. 20

Lu. 10.

a p̄m̄io f̄o

V. ito dixit

diuersa nobis præmia præparare.

Cap. XVIII.

D



Vcusq; per partes ad pposita respõdimus, sequēs sermo in cõmune ad oēs respõdit, dñs ad discipulos suos. Qui uult, inquit, inter uos maior esse, sit omniũ minimus. Si oēs in cœlo æquales futuri sumus, frustra nos hic humiliamus, ut ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus quingentoz denarioꝝ & quinq;ginta cui plus dimittit plus amat. Vnde & saluator. Dico inquit tibi, remittunt ei peccata multa, qm̄ dilexit multũ. Cui aut minus dimittit, minus diligit. Qui minus diligit, & minus ei dimittit, utiq; in minori gradu erit? Paterfamilias proficiscens tradidit seruis suis substantiã, alii quinq; talenta, alii duo, alii unum, unicuiq; s̄m pprias uires. Simile quod & in alio euãgelio scribit, q̄ homo nobilis pficiscens in regionem longinquã, ut acciperet sibi regnũ & reuertere, uocauerit decẽ seruos, & dederit eis singulas mnas, de quibus unus lucratus est decem mnas, alius quinq;, & singuli iuxta uires suas & emolumentũ, uel decẽ uel quinq; acceperũt ciuitatẽs. Porro alius qui unũ talentũ siue unã mnam acceperat, quod accepit infodit, siue in sudario colligauit, & dñi reseruauit aduẽtui. Primo p̄siderandũ q̄ iusti nõ spe profectus laborãt ut uult noster Zenon, sed ne perdãt quod acceperant: iste qui mnam & talentũ infodit, ne perderet qd acceperat, nõ peccauit, magisq; laudãda est cautio reseruãtis, q̄ cassus labor eoꝝ qui sine laboris p̄mio desudarũt. Deinde q̄ hoc ipsum talentũ quod auferẽt a timido uel negligente seruo, nõ detur ei qui minus lucri fecerat, sed qui plus, id est super decem positus fuerat ciuitates. Si numerũ nõ facit ordinem, quare dixit? dedit unicuiq; s̄m suas uires. Si eadẽ lucra sunt quinq; talentoz & decẽ, cur ei qui minus

mat. 20

Luc. 7

E
mat. 25

Lu. 19

F
Zenon
timido
p̄ciose
fuit
p̄ciose
p̄ciose
p̄ciose

- A** lucri fecerat nō decē, & ei q̄ plus, nō quinq; tradunt̄ urbes?
 Quod aut̄ dñs nō his cōtentus sit quæ habemus, sed semp̄
 21. 19. maiora desideret ipse monstrat dicens. Quare non dedisti
 pecuniã meã ad trapezetas, & ego ueniens cum usura ex-
 10. 1. 3. egissem. Quod quidē & Paulus ap̄lus sciens p̄teritor̄ obli-
 uiscitur, & ad ea quæ in ante sunt se extendit, id est quoti-
 die p̄ficit, nec seruat in sudario delicate gratiã quã accepit.
 Sed auarus negociator renouat̄ de die in diē, & decrescere
 2e. 35. se putat nisi semper creuerit. Sex urbes fugitiuor̄ describū-
 tur in lege hoīes interficere uolētes, & ipse urbes sacerdo-
B tales sunt, interrogare libet fugitiuos istos inter hircos tu-
 os, an inter oues nostras colloces. Si hirci essent occiderent̄
 ut homicidæ cæteri, nec ministroꝝ dei intrarent ciuitates.
 Si oues dixeris, utiq; nō erūt tales oues q̄ absq; lupor̄ me-
 tu tota libertate pascant̄. Et probabit̄ tibi oues quidē eas
 esse, sed erroneas a dextris esse, uerum nō stare, sed fugere
 donec moriat̄ sacerdos magnus, & ad inferna descendēs li-
 beret animas fugitiuor̄. Gabaonite occurrūt filiis israel, &
 cæsis aliis gentibus, in lignarios & aquarios reseruant̄. Tã-
 tiq; apud deū meriti sunt, ut stirps Saul ob eor̄ iniurias sit
 2. re. 21. deleta. Inter quos eos collocabis? Inter hircos, sed nō sunt
C interfecti, & sentētia dñi iudicant̄ oues. Sed dicit scriptura
 diuina q̄ nō sint eiusdē meriti cui⁹ & israelitæ. Vides-ergo
 q̄ stent quidē a dextris, sed multo inferiori gradu. Inter Da-
 uid uirū sanctū & Saul regē pessimū medius Ionathas fuit.
 Quē nec inter hædos possumus ponere, quia p̄phetæ amo-
 re dignus est, nec inter arietes, ne parē eū faciamus Dauid,
 maxime cū & ipse interfectus sit. Erit igif̄ inter oues, sed in
 inferiori ordine. Et quomō inter Dauid & Ionathã, ita iter
 ouē & ouē cogēris suscipere differētias. Seruus qui cogno-

q̄ dicitur Ne
 correpti fidei
 p̄dij.

uit uoluntate dñi sui, & nō pparauit, nec fecit fm uolunta- **D**
 tem eius uapulabit multis, qui aut nō cognouit & nō fecit
 plagis uapulabit paucis. Omni em̄ cui multū datū est, mul-
 tum quereſ ab eo, & cui cōmendat multū, plus exigitur ab
 illo. Ecce seruo & seruo plus minusue cōmittit, & pro qua-
 litate cōmissi atq; peccati, plagaz quoq; numerus irrogat.
 Tota Iudea terræ tribuūq; descriptio futura ecclesie in cœ-
 lis typus est. Legamus Iesum nauæ, legamus Ezechielis ex-
 tremas partes & uidebim⁹ quicquid in altero quasi per hi-
 storiam in terra distribuit, in altero in cœlis spiritualiter re-
 promitti. Quid sibi uolunt in descriptōe tēpli septē & octo **E**
 gradus. Quid rursus in psalterio post ælementa cētesimi- **eze. 40**
 octauidecimi psalmi quibus mysticū erudimur alphabetū
 per quindecim gradus usq; illuc puenimus, ut possimus ca-
 nere. Ecce nūc bñdicite dñm, oēs serui dñi. Qui statis in do- **ps. 133.**
 mo dñi, in atriiſ domus dei nostri. Quare duæ & semis tri-
 bus trās Iordanē habitāt, ubi plurima sunt iumēta, & nouē
 & semis reliquæ, uel expellunt pristinos habitatores de se-
 dibus suis, uel cū ipsis habitant? Cur leuitica tribus in terra
 partē nō accepit, sed dñs pars eius est, & inter ipsos leuitas,
 & sacerdotes, ad sanctaſanctoꝝ, ubi cherubin & propiciato **F**
 rium est, pontifex solus ingredit? Quare reliqui sacerdotes
 lineis tm̄ utunē uestibus, & nō habēt indumentū auro, hia
 cyntho, cocco, purpura, byssoq; contextū? Inferioris gradus
 Leuitæ & sacerdotes & plaustra & boues accipiūt. Maioris
 ordinis ipsi gestāt arcā dñi humeris suis, si tollis ordinē ta-

bernaculi, templi ecclesie, si oēs qui a dextris sunt, corpus
 unum ut uulgo dicit̄ εννωϋν ad militiā prodit, nequicā
 episcopi, frustra psbyteri, sine causa diaconi sunt. Quid pse-
 uerāt uirgines? Quid laborāt uiduæ? Cur maritata se cōti-

*Uoluntate dñi sui
 uapulabit multis
 qui aut non cognouit
 et non fecit
 plagis uapulabit
 paucis. Omni enim
 cui multum datum
 est, multum quereſ
 ab eo, & cui com-
 mendat multum,
 plus exigitur ab
 illo. Ecce seruo &
 seruo plus minusue
 committit, & pro
 qualitate commissi
 atque peccati,
 plagarum quoque
 numerus irrogat.
 Tota Iudea terrae
 tribuumque descriptio
 futurae ecclesie in
 caelis typus est.
 Legamus Iesum
 nauae, legamus
 Ezechielis extremas
 partes & uidebimus
 quicquid in altero
 quasi per historiam
 in terra distribuit,
 in altero in caelis
 spiritualiter re-
 promitti. Quid sibi
 uolunt in descriptio-
 ne templi septem &
 octo gradus. Quid
 rursus in psalterio
 post elementa cen-
 tesimi octauidecimi
 psalmi quibus
 mysticum erudimur
 alphabetum per
 quindecim gradus
 usque illuc puenimus,
 ut possimus canere.
 Ecce nunc benedicite
 dominum, omnes serui
 domini. Qui statis
 in domo domini,
 in atriis domus
 dei nostri. Quare
 duae & semis
 tribus trans
 Iordanem habitant,
 ubi plurima sunt
 iumenta, & nouem
 & semis reliquae,
 uel expellunt
 pristinos habitatores
 de sedibus suis,
 uel cum ipsis
 habitant? Cur
 leuitica tribus in
 terra partem non
 accepit, sed dominus
 pars eius est, &
 inter ipsos leuitas,
 & sacerdotes, ad
 sancta sanctorum,
 ubi cherubin &
 propiciatorium
 est, pontifex solus
 ingreditur? Quare
 reliqui sacerdotes
 lineis tantum
 utuntur uestibus,
 & non habent
 indumentum auro,
 hyacintho, cocco,
 purpura, byssoque
 contextum? Inferioris
 gradus Leuitae &
 sacerdotes &
 plaustra &
 boues accipiunt.
 Maioris ordinis
 ipsi gestant arcam
 domini humeris
 suis, si tollis ordinem
 tabernaculi, templi
 ecclesie, si omnes
 qui a dextris sunt,
 corpus unum ut
 uulgo dicitur
 εννωϋν ad
 militiam prodit,
 nequiciae
 episcopi, frustra
 presbyteri, sine
 causa diaconi sunt.
 Quid perseuerant
 uirgines? Quid
 laborant uiduae?
 Cur maritatae se
 continent?*

*εννωϋν
 γουνο
 πολυτρολη*

A nent? Peccemus omnes, & post pœnitentiã idem erimus, quod apostoli sunt. Verum iam cœpimus terrã perspectare de pelago, & post montes gurgitũ, & spumosos fluctus, & nauẽ uel in sublime erectã, uel in mari præcipitẽ, paulatim fessis & languëtibus portus aperitur. **Cap. XVIII.**

*Epist.
tio.*



Iximus de nuptiis, uiduis, uirginibus. Viduitati uirginitatẽ, uiduitatẽ p̄tulimus matrimonio. Exposita est. περικλοπη id est, cõcisio ap̄li, de huius-

cemodi q̄stionibus disputãtis, singulis opinionibus respõsum est. Sæcularis quoq; litteratura uenit in mediũ, q̄ uirgi-

B nes fuerint, quæ uniuiræ, & ecõtrario quas interdũ habeat molestias uinculũ cõiugale. Transiuimus ad secundã parti-

tionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisina cõsecuti sunt, deinde posse peccare. Et docuim⁹ q̄ excepto deo omnis creatura sub uitio sit, nõ q̄ uniuerſi peccauerint, sed q̄

peccare possint, & similiũ ruina, stantium metus sit. Tertio uenimus ad ieiunia. Et quia aduersarii duplex propositio fuerat, uel ad philosophos, uel ad diuinarum scripturarũ prouocãtis exempla, nos quoq; ad utramq; respondimus.

Quarta id est extrema diuisio, oues & hædos, dexteram & sinistra, iustos & peccatores in duos ordines distribuerat,

uolens ostendere nullam inter iustum & iustum, peccatorẽ & peccatorẽ, esse distantia. Et ut hoc probaret, infinita de

scripturis exempla cõgesserat, quasi suo sensui cõgruentia, cuius nos questioni, & argumētis & exemplis respõdimus

scripturarũ, ueteremq; Zenonis sententiam tam communi sensu, quam diuina lectione contriuimus. Nunc restat ut

Epycurum nostrum sudantem in hortulis suis, inter adolescentulas & mulierculas alloquamur, fauent tibi crassi-

nitidi, dealbati. Adde si uis iuxta Socraticam irrisiõnem,

*Exemplum
lib. 1. cap. 1.
de iusticia
lib. 1. cap. 1.
de iusticia
lib. 1. cap. 1.
de iusticia*

*quod dicitur
remouere
sequens*
*quod dicitur
lib. 1. cap. 1.
de iusticia*
*lib. 1. cap. 1.
de iusticia*
*lib. 1. cap. 1.
de iusticia*

SECUNDVS.

Ad hoc dicit ut apparet
lib. 2. de
de numeris lib. 8. per cal
Ad hoc dicit ut apparet
lib. 2. de
de numeris lib. 8. per cal
 oēs sues & canes, & quia carnē amas, uultures quoq; aqui, **D**
 las accipitres & bubones, nunquā nos Aristippi multitudo
 terrebit. Quoscūq; formosos, quoscūq; calamistratos, quos
 crine cōposito, quos rubentibus buccis uidero, de tuo ar-
 mento sunt, imo inter tuos sues grūniunt, de nostro grege
 tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini hui⁹ saculi, licet
 sermone taceāt, habitu loquuntur & gestu. Hei mihi quia **Is. 119.**
 peregrinatio mea plongata est, habitauī cum habitātibz
 cedar, uidelicet in tenebris huius mūdi, quia lux lucet in te- **Joā. 1.**
 nebris & tenebræ eā nō cōphenderūt. Ne gloriēris q̄ mul-
 tos discipulos habeas, filius dei docuit in Iudæa, & xii. tñ **E**
 illū ap̄li sequebant̄ soli. Torcular inquit calcaui solus, & de **Esa. 63**
 gētibus uir nō est mecum. Ille in passione solus remāsit, &
 Petri quoq; erga eū trepidauit p̄stantia, phariseorū aut̄ do-
 ctrinā oīs populus applaudebat dicēs. Crucifige crucifige **mat. 27**
 talem. Nō habemus regem nisi Cæsarem. i. uitia sequimur
 nō uirtutes, Epicurū nō Christum, Iouinianū nō apostolū
 Paulū. Quod multi acquiescūt sentētiæ tuæ, iudiciū uolup-
 tatis est, nō em̄ tā te loquentē probāt, q̄ suis fauent uitis.
 In circulis platearum quotidie fictus ariolus stultoꝝ nates
 uerberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit, nec **F**
 tamē deest qui semper possit induci, & pro magna sapiētia
 reputas, si plures porci post te currant, quos gehēna succi
 diā nutrias, post praconium tuum, & balneas quæ uiros *de hoc uir*
 pariter & foēminas lauāt, omnis impatiētia quæ ardentem *de hoc uir*
 prius libidinem quasi uerecūdiæ uestibus protegebat, nu- *de hoc uir*
 data est, & exposita, quæ ante in occulto erant, nūc in pro- *de hoc uir*
 patulo sunt. Ostēdisti tales discipulos nō fecisti, hoc p̄fecit *de hoc uir*
 doctrina tua, ut ne peccatū quidē p̄nitentiā habeat. Vir *de hoc uir*
 gines tuæ quas prudētissimo p̄silio, qd̄ nemo unq; legerat,

A nec audierat, de apostolo docuisti, melius est nubere q̄ vri, occultos adulteros in apertos uertunt maritos. Non suasis hoc apostolus, nō electionis uas. Virgilianū consilium est,

Her.

Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam.

Quadringēti ferme anni sunt, q̄ Christi p̄dicatio fulget in mūdo. Ex quo innumerabiles hærefes tunicā illius p̄sciderūt, uniuersus pene error de Chaldeo & Syro & Græco sermone p̄cesserat. Basilides magister luxuriæ, & turpissimorū

Basilides.

complexuū, post tot annos ira in Iouinianum quasi in Eurphorbum trāsformatus est, ut latina quoq̄ lingua haberet

B hærefem suam. Nulla ne fuit alia in toto orbe puincia quæ reciperet preconium uoluptatis? in qua coluber tortuosus irreperet? nisi in qua Petri doctrina super se petrā fundauerat Christus, in qua uexillū crucis & prædicationis auctoritas idolorū tēpla destruxerat? **E** regione, luxuria penis, uētris, & gutturis, subuertere nititur fortitudinē crucis. Vnde

Isa. 9.

per Esaiam loquit̄ deus. Populus meus qui uos beatificat, seducunt uos, & semitas pedum nestrorū conturbat. Nec nō

Die. 51

per Hieremiā. Fugite de medio babylois, & seruate unusquisq̄ animā suā, & nolite credere pseudo p̄phetis, qui dicunt pax pax, & nō est pax, qui semper ingeminat, templū dñi, templū dñi. Prophetæ tui uiderūt tibi falsa & insipientia, nō aperuerūt iniquitatē tuā, ut te ad pœnitentiā prouocarent, qui deuorat plabē suam ut cibum panis, deū nō inuocauerūt. Hieremias captiuitatē nunciās, lapidas a populo. Ananias filius Azor frāgebat ad præsens ligneas torques, & in futurū ferreas p̄parabat. Semper pseudo p̄phetæ

C dulcia pollicent, & ad modicū placent, amara est ueritas, & qui eam prædicat replent amaritudine. In azimis em̄ ueritatis & sinceritatis dñi pasca celebraf, & cū amaritudinibus

**1. cor. 5
2. Exo.
12.**

comeditur, egregia sane uox & quam audiat sponsa Christi **D**
 sti inter uirgines & uiduas & cœlibes, unde & ipsum nomē
 inclytum est, q̄ cœlo digni sunt qui coitu careant. **R**aro ie-
 iunate, crebrius nubite. Non enim potestis implere opera
 nuptiarum, nisi mulsam & carnes & nucleum sumpseritis.
 Viribus opus est ad libidinē. Cito caro cōsumpta marcescit
 Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo bap-
 tizatus est, cadere non potest, habet enim ad despumandas
 libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis, reinte-
 grabit uos pœnitētia, & qui ī baptisate fuistis hippocri-
 tæ, eritis in pœnitentia solidæ fidei, neq; turbemini, putā-
 tes inter iustum & pœnitentem aliquid interesse, humilior-
 rem gradum dare quidem ueniam, sed coronam tollere,
 una est enim retributio, qui ad dexteram steterit, introibit
 in regna cœlorum. His consiliis subulci tui pastoribus no-
 stris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt.
 Equi insaniētes in fœminas facti sunt, statim ut mulieres
 uiderint hinniunt, & impatientiam suam, pronephas. scri-
 pturarum solantur exemplis, sed ut ipsæ mulierculæ mise-
 ræ, & non miserabiles præceptoris sui uerba cantātes (quid
 enim nisi semen requirit deus) non solum pudicitiam, sed
 etiam uerecundiam perdidērunt: maioriq; procacitate de-
 fendunt libidinē, q̄ exercent. Habes præterea in exercitu
 tuo plures succenturiatos, habes scurras & uelites in presi-
 diis crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis cal-
 cibsq; defendant. Tibi cedunt de uia nobiles, tibi osculan-
 tur diuites caput. Nisi enim tu uenisses, æbrii atq; ructantes
 paradisum intrare non poterant, maeste uirtute, immo ui-
 tiis. Habes in castris tuis & Amazonas exerta mamma, &
 nudo brachio & genu, uenientes contra se uiros ad pugna

quod dicitur
 c. 11
 268

appellat equos

et longior

roma magis dicitur

liber
 19
 268
 269

et longior

Substantiu
 miles q̄
 opus
 q̄ ad f
 diam
 rari
 q̄ ad f
 q̄ ad f
 q̄ ad f
 q̄ ad f

A libidinum prouocantes. Et quia opulentus paterfamilias
 es, in auariis tuis non turtures, sed upupe nutriuntur, quæ
 tota fetidæ uoluptatis lustra circûuolent. Me carpe, me di-
 fice, obiice crimina quæ uolueris, argue luxuriæ & delitia-
 rum. Magis me amabis si talis fuero, ero enim de armento
 tuo. Sed ad te loquar quæ scriptam in fronte blasphemiam
 Christi cōfessione delesti. Vrbs potens, urbs orbis domina,
 urbs apostoli uoce laudata, interpretare uocabulū tuum.
Roma aut fortitudinis nomen est apud græcos, aut subli-
 mitas iuxta hebræos. Serua quod diceris, uirt⁹ te excelsam
B faciat, non uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi
 Saluator in Apocalypsi cōminatus est, potes effugere per
 pœnitentiã, habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouini-
 ani nomen, quod de idolo deriuatum est. Squalet capito-
 lium, templa Iouis & cerimonix conciderunt, Cur uocabu-
 lum eius & uicia apud te uigeat? Adhuc sub regibus, & sub
 Numma Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ conti-
 nentiam, q̄ sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.

Finit liber Secundus.

o liij

*Blasphemia
 Sicut
 do.*

*Rome
 comen-
 datio.*

*Roma
 vii dicitur.*

*Iouini
 an⁹ vii
 dicitur.*

*Apocrypha
 Theophrastus
 multi
 de Por
 etiam in uia
 apud delicta
 et comit
 Et p̄p̄
 Seruam
 Et p̄p̄
 mentum
 blaffo*

*Ab epi
 off. rati*

APOLOGIA HIERONYMI

BEATI HIERON. PRESBYTERI AD PAMMACHIVM **D**
 de obrectatoribus suis, qui librū suū aduersum Iouinianū
 carpebāt, quasi nimius fuisset in laude uirginū & interpra-
 tione nuptiarum, contra quos dicit se apologeticon mit-
 tere, qui statim infra subiicitur. PRAEFATIO.



Chrisiani iterdū pudoris est, etiā apud amicos
 tacere, & humilitatē suā magis silētio psolari,
 q̄ retractādo ueteres amicitias, ambiōis cri-
 men incurrere. Quādiu tacuisti, tacui, nec unq̄
 expostulare super hac re uolui, ne nō amicum querere, sed
 portionē uiderer expetere. Nūc aut puocatus officio litte- **E**
 rarum primas partes semper habere tētabo, & nō tam re-
 scribere q̄ scribere. Ut & uerecūde hucusq; tacuisse, & uere-
 cundius loqui cōpisse cognoscar. De opusculis meis cōtra
 Iouinianū, q̄ & prudēter & amāter feceris exēplaria subtra-
 hendo optime noui. Sed nihil pfuit ista diligētia, cū aliquā
 ti ex urbe ueniētes mihi eadē lectitarēt, q̄ sero me excepis-
 se referēbāt. In hac quoq; puincia iā libri fuerāt diuulgati,
 & ut ipse legisti, nescit uox missa reuerti. Nō sunt tāta fœ- **F**
 licitatis, quātā plarifq; huius t̄pis tractatores, ut nugas me
 as q̄n uoluerim emēdare possim. Statim ut aliquid scripse-
 ro, aut amatores mei, aut inuidi diuerso quidē studio, sed
 pari certamine in uulgus nostra diffemināt, & uel in laude
 uel in uituperatiōe nimii sunt, nō meritū stili, sed suū sto-
 machū sequētes. Itaq; qđ solum facere potui, apologeticū
 ipsius operis tibi misi, quē $\pi\rho\sigma\epsilon\tau\rho\omega\nu\ \kappa\epsilon\kappa$ & te poscēte edi-
 di. Quē cum legeris, aut ipse pro nobis ceteris satisfacies,
 aut si tu quoq; narem p̄traxeris, illam apostoli $\pi\rho\epsilon\iota\kappa\omicron\pi\kappa\nu$
 id est amputationē, in qua de uirginitate & nuptiis. dispu-
 tat, aliter differere cōpelleris, nec hoc dico q̄ te ad scriben-

*In reuelatione
 epistole
 hanc p̄p̄ta
 re p̄p̄ta
 ante si p̄
 p̄p̄ta*

A dum prouocē, cuius in sacris litteris studiū mihi p̄fero. Sed ut alios qui nos lacerāt, hoc facere cōpellas, norūt litteras, uidentē sibi scioli, p̄nt me nō rephendere, sed docere. Si aliquid scripserint, magis ex operis eoz cōparatione, mea interpretatio negligēt. Lege q̄so te, & diligēter apli uerba cōsidera, & tūc uidebis me p̄pter calumniā declinandā multo plus q̄ ille uoluit in maritos fuisse clementē. Origenes. Dionysius. Pierius. Eusebius Cæsariēsis, Didymus. Apollinaris latissime hāc apistolā interpretati sunt, quoz Pierius cum sensum apostoli uētilaret atq; differeret, & p̄posuisset illud

1. cor. 7

B exponere. Volo autē oēs esse sicut meip̄m, adiecit

qđ hoc q̄so peccatū meū est

quæ duritia? Vniuersa q̄ scripsi, huic sententiæ cōparata leuissima sunt. Reuolue oīm quos supra memorauī cōmentarios, & ecclesiāz bibliothecis frueri, & magis cōcito gradu ad oprata cœptaq; peruenies. Audio totius in te urbis studia cōcitata. Audio p̄tōficis & populi uoluntatem parimēte p̄gruere. Minus est tenere sacerdotiū, q̄ mereri libros xvi. p̄phetaz, quos in latinū de hebræo sermone uerti. Si legeris, & delectari te hoc opere cōperero, prouocabis nos

C etiā cætera clausa armario nō tenere. Trāstuli nuper Iob in linguā nostrā. Cuius exemplar a sancta Marcella cōsobrina tua poteris mutuari, lege eundē græcū, & latinū, & ueterē editionē nostræ trāslationi compara, & liquido peruidebis quantū distet inter ueritatē & mendaciū. Miserā quædam

τῶν ὑπομνήκων τῶν προφητῶν in p̄phetas. xii. sc̄to patri Donnioni,

Samuelē quoq; & Malachim. i. q̄rtuor regū libros. Quæ si

legere uolueris, p̄babis quātā difficultatis sit diuinā scrip-

turā, & maxime p̄phetas intelligere, & interpretū uitio, quæ

apud suos purissimo cursu oīonīs labunt, apud nos scaterere

APOLOGIA HIERONYMI

uitiis, Porro eloquentiã quã pro Christo in Cicerone con-
temnis, in paruulis ne requiras. Ecclesiastica interpretatio
etiam si habet eloqui uenustatẽ, dissimulare eam debet &
fugere, ut nõ ociosis philosophoꝝ scholis paucisq; discipu-
lis, sed uniuerso loquat hominũ generi.

D
Istõ elo
quẽtia
christia
no diss
mulãda

LIBER APOLOGETICVS BEATI HIERONYMI AD
Pammachiũ in defensionẽ librorum contra Iouinianũ,
in quo docet se non damnasse nuptias, sed illis uirginitatẽ
prætulisse, & apostoli capitulũ benignius etiam pro nup-
tiis a se q̃ cæteris interpretatum.



Uod ad te hucusq; nõ scripsi, causa fuit silentiũ tu
um. Verebar em̃ ne si taceti scriberẽ, molestũ me
magis q̃ officiosum putares. Nũc aut̃ prouocatus

E

dulcissimis litteris tuis, & huiuscemodi litteris, quã me ad
philosophiã nostri dogmatis prouocaret, & condiscipulũ
quondam & sodalem & amicum obuiis (ut aiunt) manibus
excipio, defensorẽq; meorum opusculoꝝ paro, ita tamẽ, si
ante te placatum iudicem habuero, imo si oratorẽ meum
super oibus quã in me arguuntur instruxero. Hoc enim &

*quã libentẽ lego me
Tullius
et in*

Tullius tuus, & ante illũ in breui & solo uolumine scripsit
Antonius, primã causam esse uictoriã, & diligẽter causam
pro qua dicturus est, discere. Reprãhedunt me quidã q̃ in
libris quos aduersum Iouinianũ scripsi, nimius fuerim, uel
in laude uirginũ, uel in suggillatione nuptiaꝝ, & aiunt cõ-
demnationem quodãmodo esse matrimonii, intantũ pu-
dicitiã prædicare, ut nulla posse uideatur inter uxore &
uirginem cõparatio derelinqui. Ego si bene problẽmã tis
memini, inter Iouinianũ, & nos ista contẽtio est, q̃ ille ex-
æquet uirginitati nuptias, nos subñciamus, ille parum uel
nihil, nos multum interesse dicamus. Deniq; iccirco te post

Tullius
in pmo
lib. de
oratore
F

- A** dominū faciente, damnatus est q̄ ausus sit perpetuæ uirginitati matrimoniū cōparare. Aut si idipsum uirgo putatur & nupta, cur piaculū uocis huius Romæ Victorinus audire nō potuit? Virgo a uiro nō uir a uirgine generat. Medium esse nihil potest, aut mea sentētia sequēda est, aut Iouinianī. Si rephendor, q̄ nuptias uirginitati subiicio, laudēs ipse qui cōparat. Si aut dānatus est qui æquales putabat, dānatio eius mei operis testimoniū sit. Si sæculi hoīes indignātur in minori gradu se esse q̄ uirgines, miror clericos & monachos & cōtinentes id nō laudare qd̄ faciūt. Castrāt se ab uxoribus suis, ut imitent uirginū castitatē. Et idipsum uolunt esse maritas qd̄ uirgines, aut iungant itaq; uxoribus suis, quibus renūciauerant, aut si se abstinerint, etiā tacētes p̄stebunt melius esse quod nuptiarū operi p̄tulerunt. An ego rudis in scripturis, & nūc primū sacra uolumina legens lineā, & (ut ita dicam) tenuē dicēdi filū inter uirginitatem & nuptias seruare nō potui? Videlicet nesciebā dictū
- ecc̄l̄. 7** Noli esse iustus multū, & dum unū latus protego, in altero uulneratus sum. Atq; ut manifestius loquar, dum p̄tra Iouinianum p̄sso gradu pugno, a Manichæo terga mea p̄fossa sunt. Nōne q̄so statim in p̄cipio opis mei ista p̄fatus sum. Neq; em̄ nos Martiōis & Manichæi dogma sectātes nuptiis detrahimus. Nec Taciani principis Encriticæ errore decepti, omnē coitū spurcum putamus qui nō solū nuptias, sed & cibos quoq; quos deus creauit ad utendū, damnāt & reprobāt. Scimus in domo magna nō solū uasa aurea & argēgea esse, sed & lignea & fictilia, & sup̄ fundamentū Christi qd̄ Paulus architectus posuit alius sup̄ædificauit aurū argētum lapides p̄ciosos, alius econtrario scēnū, ligna, stipulā.
- Heb. 13** Non ignoramus honorabiles nuptias & cubile imaculatū.

1. Tim.
4.
2. Tim.
2.



APOLOGIA HIERONYMI

Legimus primā dei sententiā . Crescite & multiplicamini,
 & replete terrā, sed ita nuptias recepimus, ut uirginitatē q̄
 de nuptiis nascit̄ præferamus . Nūquid argentū nō erit ar- D
 gentū, si aurum p̄ciosius est? Aut arboris & segetis p̄tume- Scñ. 1.
 lia est, si radici & foliis, culmo & aristis, poma præferant̄ &
 fructus? Ut poma ex arbore, frumentū ex stipula, ita uirgi-
 nitas ex nuptiis . Centesimus & sexagesimus & tricesimus
 fructus, q̄q̄ de una terra & de una semēte nascat̄, tñ multū
 differt in numero. Triginta referunt̄ ad nuptias, quia & ip̄a
 digitor̄ p̄iunctio q̄si molli osculo se complexās & foederās
 maritū pingit & coniugē. Sexaginta uero ad uiduas, eo q̄ E
 in angustia & tribulatiōe sint positæ, unde & superiori di-
 gito deprimunt̄, quātoq̄ maior est difficultas exptæ quō-
 dam uoluptatis, illecebris abstinere, tāto maius & præmiū
 Porro numerus cētesimus, q̄so diligēter lector attende, de
 sinistra trāsfertur ad dexterā, & iisdem quidē digitis, sed nō
 eadē manu quibus in leua nuptæ significātur, & uiduæ cir-
 culum faciēs, exprimit uirginitatis coronā. Oro te, qui hæc
 loquit̄ dānat nuptias? Aurum uirginitatē, argentū dixim⁹
 matrimoniū. Centesimū & sexagesimū & tricesimū fructū F
 de una terra exposuimus, & de una semēte generari, licet
 multū differat in numero . Et quis unq̄ tam iniquus lector
 erit, ut non ex meis dictis, sed ex suo me sensu iudicet? Et
 certe multo clēmētiores erga cōiugia fuimus oībus pene
 latinis & græcis tractatoribus, qui centesimū numerum ad
 martyres referūt, sexagesimū ad uirgines, tricesimū ad ui-
 duas, atq̄ ita fit iuxta illoꝝ sententiā, ut de bona terra, &
 de patrisfamilias femine excludant̄ mariti. Verū ne in prin-
 cipio incautus, in reliquis forsitan improuidus fuerim, nō
 ne post partitionē opusculi cum ad q̄stiones uenirē, statim

A intuli? Vos quæso utriusq; sexus uirgines & continentes, mariti quoq; & bigami, ut conatus meos orationibus adiuuetis cunctoꝝ in cōmune Iouinianus hic hostis est quorum ego orationibus indigeo, & quos adiutores mei operis præcor, eos possum Manichæi errore dānare. Curramus ad reliqua Neq; em̄ æpistolæ breuitas patitur diutius in singulis imorari. Interpretantes illud apostoli testimoniū. Vxor proprii corporis sui nō habet potestatem, sed uir. Similiter & uir corporis sui non habet potestatem, sed uxor, hoc subiūximus. Ois hæc quæstio de his est qui in matrimonio sunt, an eis liceat

B uxores dimittere? quod & dñs in euāgelio phibuit. Vnde & apostolus, bonū est ait homini uxore uel mulierē nō tangere, q̄si in tactu eius periculum sit, quasi qui eam tetigerit nō euadat. Vnde & Ioseph quia illū tāgere uolebat ægyptiaca, fugiēs de manibus eius, pallium abiecit. Sed quia qui semel duxit uxore, nisi ex consensu, se nō ualet abstinere, nec dare repudiū, nō peccati, reddat cōiungi debitū, quia spōte se alligauit ut reddere cogere. Qui dñi dicit esse præceptū

C ne dimittant uxores & absq; consensu, qđ deus cōiunxit, hō nō separet, hic pot̄ dici nuptias p̄demnare. Rursus in sequentibus, sed unusquisq; ait habet propriū donū ex deo. Alius quidē sic, alius aut̄ sic, quā sententiā nos exponētes hæc intulimus. Quid in quā uelim perspicuū est. Sed quā in ecclesia diuersa sunt dona, cōcedo & nuptias, ne uidear dānare naturam. Simulq; cōsidera, qđ aliud donū uirginitatis sit, aliud nuptiarū. Si em̄ eadē esset merces nuptiarū & uirginū, nequa q̄ dixisset post præceptū continentie, sed unusquisq; proprium habet donū ex deo, alius quidē sic, alius aut̄ sic. Vbi proprietates singuloꝝ est, ibi altrinsecus diuersitas. Cōcedo & nuptias esse donū dei, sed inter donum & donū magna di-

APOLOGIA HIERONYMI

uerſitas eſt. Deniq; & apłs de quodá poſt inceſtú pœnitēte, ecōtrario inquit donate ei & ſolamini, & ſi cui qđ dona-
 ftis, & ego. Ac ne putaremus donú hoīs p̄tēnendú, addidit.
 Ná & ego qđ donauī, ſi qđ donauī p̄pter uos corá Chriſto
 diuerſa ſūt dona Chriſti. Vñ Ioseph in typo ei⁹ uariā habe
 bat tunicá, Et ī pſalmo. xliiii. legius. Aſtitit regina a dextris
 tuis in ueſtitu deaurato, circúdata uarietate. Et Petrus apłs
 Sicut cohæredes ait multiplicis gratiæ dei qđ ſignificátius
 græce dicif̄ $\pi\iota\kappa\omicron\iota\chi\eta\varsigma$ id eſt uarie. Rogo q̄ eſt iſta p̄tentio,
 claudere oculos, nec apertiffimú lumé aſpicere? In eccleſia
 diximus eſſe dona diuerſa, & aliud donú uirginitatis, & a
 liud nuptiæ. Et poſt paululú. Cōcedo & nuptias eſſe donú
 dei. Sed inter donú & donú magna diuerſitas eſt, & qđ dei
 donú uoce apertiffima p̄nūciamus dānare dicimur? porro
 ſi Ioseph in typo dñi accipif̄, tunica eius uaria atq; diſtincta
 in uirginibus uiduis p̄tinētibus ac maritis eſt, & pōt uideri
 q̄ſi alienus qđ de tunica Chriſti eſt, cū & ipſam reginā hoc eſt
 eccleſiā ſaluatoris, in ueſtitu deaurato eadē uarietate circú
 datá dixerim⁹. Sed & in p̄ſequētibus de p̄iugio diſputātes,
 eundē ſenſum ſecuti ſumus, hic locus ad p̄ntem p̄trouerſiā
 nō p̄tinet. Docet em̄ iuxta ſentētiā dñi, uxore excepta cau-
 ſa fornicatiōis non repudiandá, & repudiatá uiuo marito,
 alteri nō nubere, aut certe uiro ſuo debere recōciliari. Et in
 alio loco. Mulier inq̄t alligata eſt quāto tpe uir eius uiuit.
 Qđ ſi dormierit uir eius, liberata eſt a lege uiri, cui uult nu-
 bat, tñ in dño. i. Chriſtiano. Qui ſecūdas nuptias tertiasq;
 p̄cedit in dño, primas cum ethnico p̄hibet. Aperiāt q̄ſo au-
 res obtrectatores mei, & uideāt me ſecūdas & tertias nup-
 tias cōceſſiſſe in dño, qui ſecūdas, & tertias nō donauī, pri-
 mum potui dānare matrimoniū. In eo quoq; loco ubi iter

D
2. cor. 2

Ibidē.

Se. 37.

1. pe. 3.

E

F
mat. 9.

Ro. 7.
2. 1. co.
7.

3. c. 6
lib. 1.

A pretamur capitulū ap̄li. Circūcisus aliquis uocatus est, non
 adducat p̄putiū, in p̄putio uocatus est nō circūcidatur, licet
 quidā prudētissimi interp̄tes scripturaz hoc de circūcisione
 & seruitute dictū esse contendāt. Nōne apertissime fœdera
 seruamus nuptiaz. Diximus em̄. Si in p̄putio quis uocatus
 est non circūcidat. Habebas inquit uxore cū credidisti. Noli
 fidē Christi causam putare diffidii, quia ī pace nos uocauit
 deus. Circūcisio nihil est, & p̄putium nihil est, sed obserua-
 tio mandatorū dei. Nihil em̄ p̄dest absq; operibus celibatus
 & nuptiaz, cū etiā fides (q̄ pprie Christianorū est) si opera nō
 habuerit, mortua esse dicat. Et hac lege uirgines quoq; Ve-
 stæ & Iunonis uniuiræ, in sanctaz queāt ordine numerari.
 Et post paululū. Seruus uocatus es, nō sit tibi curæ, sed & si
 potes fieri liber, magis utere. Etiā si habes inquit uxore, &
 illi alligatus es, & soluis deditū, & non habes tui corporis
 ptātem, atq; ut manifesti⁹ loq̄r, seruus uxoris es, noli p̄pter
 hoc habere tristitiā, nec de amissa uirginitate suspires. Sed
 etiā si potes causas aliq̄s inuenire diffidii, ut libertate p̄di-
 citiæ p̄seruaris, noli salutē tuā cū alterius interitu q̄rere. Ha-
 beto paulisper uxore, nec p̄curras morantē, expecta dū se-
 quitur. Si egeris patienter, p̄iunx mutabis in sorore. In eo
 quoq; loco ubi tractauimus, cur dixisset Paulus. De uirgini-
 bus autē dñi p̄ceptū nō habeo p̄siliū aut do tanq̄ miseri-
 cordiā p̄secutus a dño, ut sim fidelis, ita uirginitatē p̄tuli-
 mus ut nuptiaz ordinē seruaremus. Si uirginitatē dñs im-
 perasset, uidebas nuptias p̄dēnare, & hoīm auferre femina-
 rium, unde & ipsa uirginitas nascit. Si p̄cidisset radicē, quo
 modo fruges quæreret. Nisi ante fundamenta iecisset, qua
 ratione ædificium extrueret, & operturū cuncta desuper
 culmen imponeret? Si radicem nuptias, si uirginitatem

APOLOGIA HIERONYMI

diximus fructus, si fundamentū matrimoniū, & ædificiū **D**
 uel culmé, perpetuā castitatē, quis uel tam inuidus, uel tam
 cæcus obtrektor mei erit, ut in eadem domo ædificiū uel
 culmen uideat, & fundamentū quod ædificiū & culmé por-
 tat ignoret. Porro & in alio loco, pponētes ap̄li testimoni-
 um, in quo ait. alligatus es uxori, noli q̄rere solutionē. So-
 lutus es ab uxore, noli q̄rere uxorē, ilico hæc subiecimus.
 Habet unusquisq; nostrū terminos suos, redde mihi meū,
 & tu tene tuū. Si alligatus es uxori tuæ, ne illi des repudiū
 Si solutus sum ab uxore, nō q̄ram uxorē. Vt ego nō soluo
